

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**PROGNOSTICA=||TIO IOANNIS LIECHTENBERGERS, QVAM  
OLIM SCRIB-||psit super magna illa Saturni ac Iouis  
coniunctione, quae fuit Anno M.CCCC.||LXXXIII. praeterea  
ad eclipsim Solis anni sequētis uidelicet ...**

**Lichtenberger, Johannes**

**Köln, 1526**

**Capvt octavvm**

[urn:nbn:de:bsz:31-160364](#)

PROGNOSTICVM IOANNIS  
TRES MVLIERES PRAEGNANTES.



CAPVT OCTAVVM



Auditores præcolendi, ne tædium ingeram ari-  
bus uestris protractione sermonis, quām cō-  
gruum duxi uertere etiam st̄lum meum ad il-  
las à quibus totum solatiū q̄irorum, totum gau-  
diū coniuantū, totumq; ornamentū do-  
morū, quas quasi stellas præclarissimas in ma-

foribus gaudijs fulgētibus aspectulīs dominus adornauit, pro illis intercedere tenemur, ut almipotens uelit auertere indignationem suam ab ipsis. Hæc inquā sœua constellatio prægnantibus ac parturiētibus miserabiles casus abortus indicit, & infantium & embrionum decernit maxima discriminā. difficiles partus ac laboriosos præsa- git, cum magno clamore ac summo dolore puerperæ partus edi faci et, uarioſe lugubres infortuniorū casus ac funesta calamitatis incōmoda puerperis ac natis ille malignus Saturnus indicit. Alijs mater in ipso partu constituta nondū enixa morietur. Alij nondum corporis formatione completa, in maternis uisceribus præmoriēter. Alijs uero lugubrem infortuniū ac flebilem demonstrat casum, ut impedi- to partu intra matris uiscera laniatis membris dissipentur, ut sic ar- tuatis uisceribus, miseris lacerationibus membra omnia crudelis ar- tificij chirurgici præsidio proferantur. Alium in primis uita cuna- bulis constitutū inter initia uaginētis infantiae, fugietis animē deseret uita. Alter puer adhuc iam pubescentis ætatis, mortis repētino casu subraheſt, multaçj & alia huiusmodi periculorū discriminā, & cala- mitates puerperis & nouiter natis, Saturni uitio expectāda erunt.

## CAPVT NONVM.



T notandū q̄ hæc sœua constellatio quintam do-  
mum ab horoscopo, quæ uoluptatū est, cōtami-  
nat. consueta desideria, & natura inditas & in-  
natas uoluptates perueret, turpium q̄ libidinū  
maligno fomite, ac nepharia mentis cupiditate  
omni cum intemperatiā attētos, cultores & stu-  
diosos efficiet petulātes, lasciuos, prauisq̄ semper desiderijs ac uitio-  
sis uoluptatib⁹ implicatos, uiño & epulis crapulosa saturitate deditos  
et circa uenereo actus illecebrī amoris incēdīo impuros, sordidos,  
fœtidos & impudicos. O quot p̄posterae libidinis instinctu puerorū  
amoribus & amplexibus absorptos faciet Italos? quot itidem Galli-  
cos, quot impudici amoris uitia sustinētes cum effeminati corporis  
mollicie impuros faciet cynedos? quot absconsa & loca sordida se-

N. iii